



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Secunda pars

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Sermo

adhibuit imo visio et allocutio eorum magis dedit furti suspitionem forte enim non credidit esse angelum. unde dicit: currit ergo: mentis anxietas eam faciebat ad discipulos currere. ut cito subuenirent et cito quererent: Et venit ad simonem petrum: nominauerat enim angelus petrum singulariter dicens. dicite discipulis eius et Petro: Et ad alium discipulum quem diligebat ihesus: Sic est Io. euangelista qui ut dicit Augustinus. ita se nominare solet. quia licet christus omnes diligeret. hunc tamen pre ceteris familiarius amabat. Et attende quod venit Maria magdalena cum aliis mulieribus. et renouauit que secuntur. non petro tamen et io. sed et ceteris discipulis. isti tamen soli nominantur. quia soli ad monumentum cucurrerunt pre ceteris aut soli cucurrerunt. quia ut dicit Gregorius pre ceteris amplius amauerunt. Nam et isti duo inter alios secuti sunt dominum. cum esset traditus usque in atrium principis sacerdotum reliquis fugientibus. C Deinde ponitur quod dixerit apostolis: Et dixit eis tulerunt dominum: aliquid eodidit greci habent. tulerunt dominum meum. quod videtur dictum maiore caritatis affectu et obedientia seruitutis. Sed ut dicit Augustinus in todidit latinis non inuenit meum. unde credit supfluere: Et nescimus: quia pluraliter loquitur. dat intelligere quia erat cum aliis mulieribus: ubi posuerunt eum: hoc autem eis retulit ut dicit glossa. ut accellerent venire ad monumentum. ut secum quererent. aut secum dolerent. Si querat unde ista mulier crederet corpus domini esse sublatum cum angelus ei dixerit eum resurrexisse. facile ex sermionibus petri responsio. quia enim suspicatio vehemens sublati corporis puenit in eam visionem et allocutionem angelicam ex vehementi tristitia non aduertit. angelorumque verba non intellexit aut didi potest quod vis amoris eam totam extra se rapuerat. que grauiora pericula facit timere. quam sint in rei veritate. iuxta illud David. Quando ego non timui etc.

Secunda pars

Secundo cum dicit. Erunt ergo petrus. ponit quatuor sermone discipuli percutauerunt locum domini corporis.

Et tria sunt primo ponitur eorum solitudo: Erunt ergo

Petrus: domum et ciuitatem iherosolimam: et ille alius discipulus: pulchra societas et senioris et iuuenis ad querendum dominum Luc. solum petrum nominat venisse ratione magnitudinis sermone: Et venerunt ad monumentum: non iunxerunt se illis alii discipuli. timentes custodes. istos vero magis amantes non retraxit timor. sed frustra timebant custodiam militum. iam enim ut dicit Augustinus. quidam militum timore perterriti. fugientes venerunt in ciuitatem. narrantes resurrexisse dominum et se vidisse angelum lapidem monumenti reuolutum. ostendit autem quatuor affectu

ueniebant petrus et Jo. ex hoc qd sequit: currebant aut duo simul: licz nemo viroz cu eis curruerit. Maria tn magdalena ceteris relicis mulieribz amore feruens. post eos currit. qd sollicitudine. et videndi indicat desiderium. et licet in tenebris tn currebant ad diuinum lumen. z. Re. 22. Tu lucerna mea dne illuminabis tenebras meas. In te curra accintus. Post illo apostolos oēs gentes curruerunt ad xpm. cuius pmo noticia non habuerunt. Ysa. 55. gentes que non cognouerunt ad te curret ppter dnm deum tuu. et sandu isrl qd gloriificauit te. post eos co sueuerit xpiani curruere ir lnam videre sepulchz dni gloriofum Ysa. 11. Erit sepulchz eius gloriofum. Secdo ponit alterius discipuli expeditioz cursus. non tn expeditioz affectus. qz licz precurret ad monumentu. tn non est ingressus an Petro. vn die Et ille alius discipulus: Jo. viz parit acius Petro: forte nuc p viam copendii. aut quia iuuenis acius currit petro seniore: Et venit prior ad monumentu. non tn hoc introiit. sed expectauit petz: Et cum se inclinasset: Erat Jo. in orto extra domusculam in qua erat locus dnica corpis. cuius hostiu sic erat submissum. vt optaret interius aspicienti inclinari: vidit posita lintheamina quibz inuolutu fuerat corpus dni. non tn introiit: forte timebat solus ingredi monumentu in tenebris. Tercio ponitur petri aduentus: venit g simon petrus sequens eu: et tan qz feruidus non stetit exterius. sed introiens vniuersa diligenti insperit: Et introiit in monumentu. id est domum in qua erat sepulchz dni. Deinde ponit qualiter erant ordinata lintheamina. quibz inuolutu fuerat corpus. Et vidit lintheamina posita: surgens xps a mortuis: excussit lintheamina quibz inuolutum erat corpus. vt ostenderet qd carnis mortalitatem resurgendo deposuerat: Et sudarium qd fuerat sup caput eius. Gre. sudario laborans vtunt gra sudoris tergendu. vnde merito fragilitatem et debilitate carnis significat. xps aut resurgens a mortuis. non amplius laborat sicut atigit sibi anteqz pateretur qz fatigatus ex itinere sedit sup fontem. et ideo sudarij depositio significat. qd oem carnis infirmitatem transierat. qualiter autem esset positum sudarium subiungit: non cu lintheaminibz posita sed separatim inuolutum in vnum locum. Nota qd no sine causa beatus Jo. ita seriatim descripsit ordinem istoz lintheaminu et sudarij. hec em oia sunt vere resurrendis signa. vt nemo possit dicere corpus dni esse sublatu. Naz qd credebant discipuli. scilicet corpus esse furto sublatum hoc iudei mediant aplis iposuerunt qz vt dicat. Custodes monumeti viso angelo curruerunt

Sermo

ad principes sacerdotum narrantes cuncta que acciderant illi ve-
ro alio habito copiosam pecuniam militibus tradiderunt. ut dice-
rent quod eis dormientibus discipuli christi furati essent corpus eius
et ita factum est. unde sic primo emerunt mortem christi mediante
pecunia. ita mendacium furti ad elandam resurrectionem eius
pecunia spauerunt. sed hoc furti mendacium apud iudeos veri-
tati contrarios probabile fuit. quia usque in hodiernum diem sic cre-
dunt stigisse. Sed ratione intelligentibus nullo modo est persuasibile. et
ulterius vera resurrectionis signa apparent. persuasibile quidem
non est propter tria ut dicit Crisostomus. primo. certe quod discipuli essent ho-
mines pauperes. et idiote non audentes comparere. Si enim adhuc
vivente christo sic timuerunt. ut omnes ab eo fugerent multo ampli-
us eo mortuo timuissent accedere monumentum. propter multum
multitudinem. Item lapis magnus erat ad hostium monumentum. qui re-
moveri non potuisset quin suo motu dormientes extaret. Item si
voluisset furari corpus. hoc fecissent prima nocte sepulture. quoniam nul-
lus erat adhuc custos. Item quarto ostendit. Remi. facile posse
convincere esse falsos testes. Si enim dormiebant custodes. quomodo vi-
derant qui essent fures. Si autem non viderunt. testes esse non po-
tuerunt. Sed quatuor etiam que dicuntur in presenti evangelio ostendunt
corpus non esse sublatum furto. primo quidem quia expoliatos
sepulchrorum assueverunt furari vestimenta et linteamina
obmissio cadaverum. novus vero furandi modus esset relicta ve-
stimentis cadaverem asportare. Item si aliquis voluisset asportare
corpus. non apparet causa quare linteamina reliquisset. Item
mirum est. si tantam habuisset commoditatem furandi. ut expol-
aret corpus cui fortiter inheebant linteamina aglutinata ungu-
entis myrrae et aloes. Item nemo fur sic est insensatus. ut cir-
ca rem superfluum tantam adhibeat diligentiam. qualis erat lin-
teamina conspiciare involuere sudarium. seorsum illud collocare. Ex
quibus omnibus apparet mendacium furti nullius coloris esse. et mani-
festa christi resurrectio predicat. **E** Sed querit si christus relinquit
linteamina in sepulchro. quibus vestimentis utebatur extitit ad
tegmentum corporis. Ita questio superflua est. quia christus ve-
stimentis materialibus non indiguit. utimur enim vestimentis pro-
pter tria. contra aeris intemperiem frigoris et estus. utimur etiam
ad tegendam nuditatem ne erubescamus. et utimur eis ad or-
natum. non autem indiguit corpus christi vestimentis ratione pa-
mi. cum sit impassibile. nec ratione secundum quod quia erubescencia con-
uenit ex peccato. unde primi parentes antequam peccarent erant a-

bo nudi. nec erubescerent sicut nec infantes de nuditate erubescunt. Cum vero peccauerant statim erubuerunt. et consuerunt folia ficus ad tumentum. xps igitur qui fuit tanquam agnus innocens. nihil erubescendum in se habuit. unde propter hoc vestimentis non indiguit. nec ratione tercia. quia magis ornat corpus christi claritas gloriosa quam quicumque habitus. vestimenta igitur christi et omnium electorum resurgentium sunt. immortalitas. agilitas. subtilitas. et claritas. ps. Ximicus lumine sicut vestimento. Credendum tamen est. quod xps apparens discipulis adhuc mortalibus in forma et habitu consuetudo eis vis fuerit ut eum cognoscerent &c.

Tercia pars.

Erdo tam dicit. Tunc ergo. tangit exstimatio obmans veritati resurrectionis. Iudei namque audientes a custodibus. suspicati sunt resurrexisse xpm. sed tamen obstinati malitia noluerunt in eum credere. et freti meratio resurrectionem coati sunt palliare. discipuli vero non inuenientes corpus crediderunt illud quod iudei credi cupiebant. corpus vero domini furtim esse sublatum. unde sequitur: tunc ergo post pet. introiit et ille discipulus qui venerat primus ad monumentum et vidit corpus domini ibi non esse et qualiter erant posita linteamina et sudarium et credidit: non quidem ut dicit Augustinus. xpm resurrexisse. sed credidit mulieri dicenti corpus domini esse sublatum. Et licet presentia linteaminum et sudarii satis ostenderet neminem corpus sustulisse. non tamen tunc hoc considerabat euangelista sed tantum admirabatur quare sur ea reliquisset. nec etiam ex his signis ascendebat in cor eius xpm resurrexisse. quia non erant sufficientia signa nisi fidei. et scripturas intelligenti. unde subdit: Nondum enim sciebat scripturas: hoc postea xps aperuit illi sensum ut intelligerent scripturas. Luc. 24. Quod plenissime factum est in die pentecostes in missione spiritus sancti. qui docuit eos omnem veritatem. et tanta intelligentia data fuit huic discipulo. ut non solum resurrectionem sed etiam verbum apud patrem intelligeret: quia oporteret eum a mortuis resurgere: licet enim ut dicit Augustinus christus apertissime suam passionem et resurrectionem predixit. consuetudine tamen audiendi ab illo parabolas eum non intelligebat. ¶ Nota quod dicit quod optuit christus resurgere secundum scripturas. cuius resurrectionis. sunt optunitates. Optuit